

Disco 16 – Extra tekst 2

Koning Tarquinius Superbus lukte het maar niet om met geweld de nabijgelegen stad Gabii in te nemen. Dan bedenkt hij, samen met zijn zoon, een list

Qui Romanus numquam audivit de **illo** Tarquinio, cui cognomen ‘Superbus’ erat? **Ille**, quamquam Gabios, urbem finitimam, diu oppugnabat, eam neque vi neque flammis capere potuit. Itaque cum filio Sexto impie finxit dolum. Se recepit Romam; ibi homines eum templa alta vias**que** novas aedificare viderunt. Sextus interea anxius Gabios ‘fugit’, ubi patrem **scelestum** fugae causam fuisse dixit.

“Vos, viri Gabini”, inquit “me bene excepistis. In hac urbe manere cupio, quod mihi nusquam locus tutus est. Fama enim est **istum** patrem meum iussisse milites me interficere.”

Gabini filio regis crediderunt eum**que** de bello cum Romanis consuluerunt et deinde duces belli fecerunt. Deos Sextum tamquam de caelo misisse putabant! Nemo eorum iuvenem **istum** eos adeo **sceleste** fallere sciebat!

Sextus, cui nunc multum potestatis erat, patri clam nuntium misit et rogavit, quid faceret. Tarquinius rex **illi** nuntio nihil respondit, sed cum eo per hortum ambulare coepit et capita papaverum gladio, quem sub veste gesserat, praecidit.

Ubi nuntius rediit et Sexto nuntiavit ea, quae rex fecerat, **ille** statim consilia patris noverat et alios duces proditionis accusavit, alios irate urbe pepulit, alios clam **interfecit**, donec urbem sine pugna patri **tradere** potuit.

Sic **isti** Tarquiniï tandem ut **victores** abierunt!



Woordjes:

cognomen, -mina (o) = bijnaam / Gabii (mv) = Gabii (stad in de buurt van Rome) / oppugnare = belegeren / Gabios = naar Gabii / fuga = (de) vlucht / Gabinus = (inwoner) van Gabii / tutus = veilig / nemo (nom.) = niemand / nuntius = bode, boodschapper / quid faceret = wat hij moest doen / hortus = tuin / papaver, -era (o) = papaver / praecidere, praecidi = afslaan / proditio, -ones = verraad / accusare + gen. = beschuldigen van / donec = totdat